



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || S<sup>v</sup>sonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et  
Mi-||racvlis Clari, Opera**

**Seuse, Heinrich**

**Coloniae, 1615**

Capvt I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38029**

# D. HENRICI

SVSONIS VIRI SANCTIS-  
SIMI VITA, EIVS PRAECLARE  
dicta facta, non omnia, sed quedam  
duntaxat, complictens, lecta  
vtilissima.

## CAPVT I.

**V**IT in Germania quidam  
professione Dominicanus,  
natione Suevus, cuius no-  
men sit in libro vitæ. Is ut  
æternæ Sapientiæ Minister  
& existaret & diceretur, o-  
ptabat. Contigit autem, vt  
sanctæ cuiusdam ac diuinitus illustratæ perso-  
ne notitiam obtineret, calamitatibus & affli-  
ctionibus laborantis. Erat ea sexus fœminei,  
cupiebatque ex memorato æternae Sapientiæ  
Ministro audire quipiam de perpetuatione ex  
propria illius experientia, vnde animus suus  
affictus confirmaretur: idque multo egit tem-  
pore, quoties ille ad eam accessisset: occultisque  
percutationibus expiscata est ex eo ratione  
inchoationis & progressionis illius, nonnulla  
que eius exercitia & perpetuationes: quæ is illi  
spirituali familiaritate secreto aperiebat. Atqui  
ubi illa hinc consolationem ac institutionem  
adipisci se sensit, cuncta rededit in scripta, in suos  
ac aliorū usus: fortim tamen & clangulo, nihil  
inde illo cōperti habēte. Postea verò dum spi-

Ff 4. titale

ritale hoc furtum persensit obiurgauit eam,  
compulitque ipsi reddere quæ scripserat: mox  
que igni tradidit, quæcunque ab illa recepit.  
Cumque illi pars altera oblatæ fuisset, eamque  
simili ratione penitus abolere vellet, diuina  
reuelatione prohibitus est: atque hoc pacto quæ  
reliqua erant, non sunt flammis consumptæ,  
quæ nimirum magna ex parte suis ipsa mani-  
bus scripserat: quibus tamen post eius obitum  
complures piæ institutiones eius nomine in-

Suso ut ætatis  
sua anno de-  
cimoctauo  
fuerit cōuer-  
sus ad Domi-  
num.

456

æternæ sapientiae Ministro adiunctæ sunt. Pri-  
ma quidem Ministri huius ad Deum conuer-  
tæ conversionis initia tum cœperunt, cum an-  
num ageret decimumoctauum. Et quamuis an-  
nis quinque iam habitum tulisset monastici  
adhuc tamen animo erat impacato ac insedi-  
to. Etsi quidem à grauioribus diuinitus esse  
seruatus culpis ac peccatis, quæ illius famam  
possent lēdere, communes ac minores culpa-  
non magnipendebat. Interim nihilominus  
ita seruabatur à Deo, ut quocunque se vertiret  
ad res sensibus ipsius plausibiles ac optatas, no-  
n esset animo quietus & contentus: videreturq;  
ipsi aliud quippiam superesse, quod viuendo ip-  
sius animo tranquillitatem & pacem esset alle-  
turum. Male itaque ipsi erat, dum hac labora-  
ret inquietudine & perturbatione: Semper in-  
tus conscientiæ stimulis pungebatur, nec tam  
poterat ipse sibi ferre supprias, donec pīssim  
Deus quadam conuersione eum liberauit: Mi-  
rabantur cæteri subitam illius immutationem,  
& quidnam illi accidisset: dicebantque alios  
hoc, alius aliud: nec tamen quisquam rem i-  
psam attigit. Siquidem occultus quidam atque

Lucu-

Iuculentus Dei tractus, hanc illius ab omnibus  
auersiōnē & ad Deum conuerſiōnē subito  
effecerat.

De quibusdam noui Tyronis Christi cer-  
taminibus.

CAP V T 11.

CVmque hæc illi gratia diuinitus obtigis-  
set, mox quædam in illo certamina ex-  
titerunt, quibus malus dæmon salutem  
eius impedire nitebatur: eaçp hunc in modum  
sele habebant: Internus DEI impulsus ac in- Certamina  
stidus, expeditam ab omnibus impedimen- quæsitionem  
tis & medijs auersiōnē ab illo exigebat. Con- conuerſiōnis  
tra obluctabatur tentatio, eiusmodi illi cogi- sua initio ia-  
tationem iniçiens: Maturius delibera. Facile  
est inchoare, sed difficile perficere. Atqui inter-  
na Dei vocatio Sancti spiritus potentiam & o-  
pera proferebat. Ediuerso tentatio nihil qui-  
dem de Dei potentia ambigendum affirmabat,  
sed vtrum vellet, incertum esse. Tum vero cer-  
to id illi demonstrabatur: quandoquidem pi-  
issimus Deus benignis pollicitationibus suis id  
confirmārit, reuera opem se laturum cunctis  
in eius nomine istuc aggredientibus. Deinde Callidi ho-  
gratia in hoc conflictu palmam obtainente, alia sīs alia sug-  
quædam tanquam amici specie cogitatio in il- gestio.  
lius animum sele insinuans, hoc paſto illi con-  
sulebat: Potest id fortassis commendari, meri-  
toq̄ corrigere te debebis: sed non admodum  
vrgas: ea moderatione inchoes, vr possis ad  
exitum perducere. Cibum ac potum corpori  
Ff 5 indul-